



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Biblia aurea cum suis histo||riis necnon exemplis || veteris
atq[ue] noui || instrumenti**

Antonius <de Rampegollis>

Arge[n]toraci, 1509

VD16 A 2968

De Zelo indiscreto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30649

De zelo indiscreto CXXII

Et ardenti zelo Stephanus arguebat iudeos dicens: Durere cervicibus etc. Act. viij. Paulus cum feruore reprehendit Helymā quādo dixit. O plebe omni dolo et omni fallacia. Act. xij. Zelus bonus est etiā ulcisci et puniri acriter iniuriam dei in delinquentes. Ioseph et iacob filii Jacob ob stuprum Dyne oppresserunt et acriter Sichem et oppressores punierunt. Gen. xxxij. Moyses iratus est pro vitulo facto a populo: et tabulas confregit et populum arguit et eos acriter puniuit. Exod. xxxij. Dulce placuit deo zelus quem habuit pharaones quādo transfudit adulterantes. Num. xxv. Precepit Josue Achior lapidari et suppellectile comburi: quia tulerat de anathemate. Jos. vij. Granditer vindicauerunt filii israel scelus perpetratum in uxore leuite. Iud. ix. Licet Iehu rex fuerit malus: tamē laudatur quando domū Achab destruxerat et archam Baal deleuit. iij. Reg. x. Magnus erat zelus Athathie quae trucidabat homines super aram. i. Mach. ij. Plures eiecit dominus vendentes et ementes de templo facto flagello de funiculis. Joā. ij.

Lu. xix. Grandi zelo accessus est petrus in Anania et Saphiram. Act. v.

De zelo indiscreto. Cap. cxxxix.

Zelus indiscretus est cum procedit.

Non ex leticia charitatis: sed ex inuidia.

Non ex iusticia equitatis: sed ex displicentia.

Non ex amicitia unitatis: non ex prouidentia.

3 Elus indiscretus est: quādo nō

ex charitate sed ex inuidia mouetur. Sicut Josue videns duos prophetas in castris voluit quod Moyses prohiberet eos. Num. xi. Male zelabant pharisei pro obseruatione sabbari / quando ex inuidia arguebant Christum curantem egrotos. Math. xij. Joannes euangelista prohibuit quendam eicientem demonium: quia non sequebatur Christum. Lu. ix. Zelus indiscretus et malus est / quādo correctio non procedit ex iusticia: sed ex ira vel vindicta: sic Abisay qui voluit ampu-

De zelo indiscreto

tare caput Semey maledi-
centis David: sed David nō
permisit. ij. Reg. xvi. Jonas
iratus propter hederā desic-
catā volebat q̄ deus destrue-
ret ciuitatem Jone. iij. Ja-
cobus et Joānes irati: quia
nunciū dñi non fuerunt rece-
pti/voluerunt q̄ ignis de ce-
lo descenderet et consumeret
non recipientes: sed Christus
reprehendit eos. Lu. ix. Re-
pleti sunt iudei zelo contra
Paulum et Barnabā. Act.
xij. Arguit Christus Petrū
qui amputauit auriculā ser-
uo/q̄ nō erat tempus vindi-
cte sed pacientie. Matthei.

xxvi. Zelus indiscretus est:
quando non est ordinatus
amor ad personam vel ad ri-
tum. Filij namq̄ propheta-
rum faciebant queri Helyā
in aliquo monte vel in valle
cum eum dominus assum-
psisset. iij. Regū. ij. Cum do-
minus diceret se passurum a
iudeis Petrus increpauit eū
dicēs: Absit hoc a te. Mat.
xvi. Pharisei plus zelabant
detractionibus suis q̄ diui-
nis mandatis. Matthei. xxv.
Emulator erat Paulus pa-
ternarū traditionum quādo
accepit epistolas vt perseque-
retur christianos. Act. ix.

Biblia Aurea (que a plerisq̄ compendiū vel repertoriū au-
reum Biblie vocitatur) Finit. magna cum diligentia
atq̄ studio recognita/ qd̄ quisq̄ facile ita esse de-
prehēdet: si recentia ista exemplaria: cum ve-
teribus illis cōtulerit. Ex edibus Dat-
chie Schürerij: mense Augusto
Anno Milleesimo quin-
gentesimo nono.
Argētoraci.